

DISSE^TAT^O
INAUGURALIS MEDICA
SENSIBUS EXTERNIS,
EORUMQUE INTER SE COMMERCIO,
AUT^E COMPARATIONE,
QUAM

AUTHORITATE, ET CONSENSU ILLUSTRISSIMO-
RUM, PERILLUSTRIUM, MAGNIFICORUM, SPE-
CTABILIJM, CLARISSIMORUM
VIRORUM,

PERILLISTRIS, AC MAGNIFICI DOMINI
UNIVERSITATIS RECTORIS
REVERENDISSIMI ILLUSTRISSTM. AC VENERAB.
PROFESSORVM ET STUDIORVM PATRONVM
ET CUSTODIS

**REVERENDISSIMI, ILLUSTRISMI, AC AMPLISSIMI DOMINI
UNIVERSITATIS CANCELLARIJ**

UNIVERSITATIS CANCELLARII

MAGNIFICI, AC CLARISSIMI INCLYTÆ
FACULTATIS MEDICÆ.

FACULTATIS MEDICAE

DOMINI PRÆSIDI,
PERILLISTRIS, MAGNIFICI, AC CLARISSIMI INCLYTÆ
FACULTATIS MEDICÆ
DOMINI VIGE BR

DOMINI VICE-PRÆSIDIS,
PERILLISTRIS, SPECTABILIS, AC CLARISSIMI INCLITÆ FACULTATIS MEDICA
DOMINI DECANI

D. D. SACRÆ, CÆSAREÆ, REGIÆ, APOST. MAJEST.
CONCILIIARIORUM, AC ARCHIATRORUM,
GLADISCON E C N O N

N E C N O N
CLARISSIMORUM D. D. PROFESSORUM,
VENERABILIS DOMINI SENIORIS, ATQUE TOTIUS AMPLISSIMI
D. D. MEDICORUM COLLEGII,
PRO GRADU DOCTORATUS, SUMMISQUE IN MEDICINA HONO-
RIBUS AC PRIVILEGIIS LEGITIME CONSEQUENDIS
P U B L I C A E D I S Q U I S I T I O N I C O M M I T T E T

MICHAEL SHORETICS,
UNGARUS SIGNEOR.

UNGARUS SIGENDORFFENSIS,
PRO SUPREMA MEDICI DOCTORATUS LAUREA

CANDIDATUS.
DISPUTABITUR IN PALATIO UNIVERSITATIS

DIE MENSIS M. DCC. LXV.
VINDOBONÆ, Typis Josephi Kurtzböck. Universitatis Typographi.

VINDOBONÆ, Typis Josephi Kurtzböck, Universitatis Typographi

PERILLUSTRI
ERUDITISSIMO, AC GENEROSISSIMO

VIR O
JOSEPHO PILMAN,

AMPLISSIMI SENATUS VINDOBONENSIS
MEMBRO,

NEC NON INCLYTÆ EJUSDEM LEGIONES CIVILIS
PRO - CENTURIONI.

S. S.

Tantus est beneficiorum TUORUM,
quibus immeritum me cumulâsti, nu-
merus, ut paria acceptis referre nun-
quam me posse arbitrer. TU nullis nominibus,
aut factis clarum, præsidio TUO excepisti, TU
imbecillitatem meam TUO favore sublevâsti, TU
charis orbum Genitoribus, plus quam Paterno
amore protexisti, & ad hoc, quo me Illustris
Academia Vindobonensis hodie condecorat, Lau-
reæ decus viam patefecisti. Ut mihi merito

A 2

Pa-

Patris nomine venias, qui (etsi vitam non deris) vitae genus tamen TUO Favore subministrasti. His, plurimisque aliis, quae pro congenito TIBI scientiarum amore in me contulisti, maximus accedit cumulus, quod dextram TUAM mihi ultro pollicitus commodis meis invigilare non desinas, non secus, ac si propriam felicitatem TUAM a progressu rerum mearum metteris. Pro quibus, cum pares rependendo vires desint, accipe, VIR PERILLISTRIS, hocce grati animi testimonium, & patere, ut Primores hos ingenii mei partus TUO NOMINI facros inscribam.

CLiens

TIBI.

Deo*ffimus*

MICHAEL SHORETICS.

PRÆFATIO.

EA quidem est omnium Medicinæ partium amicenitas, ut pari deliciarum campo irretitus, cuinam potissimum labores consecrarem meos, ancipiti diu animo volverem. Cum nihilominus plurima, quæ Ars Nostra sibi vendicat, aut longioribus innitantur observationibus, aut inexhaustis suffulciantur experimentorum catervis, ea animo meo insedit opinio: pauca a Candidato observatis, & experimentorum cohorte defituto in lucem proferri posse, quæ sibi propria ausit appellare. Argumentum hocce tanti mihi ponderis visum est, ut lubens in ea animum demergerem, quæ solo ingenio parerentur, minime veritus, ne mutuati operis notam incurrerem. Temerarium quidem effatum! sed vel ex eo ve-


nia dignum , quod ei Præceptoris navaverim ope-
ram , qui cum summis nostri ævi Physiologis de
Palma contendit, Clariss.CRANTZ. Operam itaque meam
in evolvendo sensuum externorum commercio collo-
cavi , materia non omnibus hucusque rite perspe-
cta. Utque nihil decederet , quod expediendo
faveret argumento , sensuum externorum doctrina-
m commercio præponendam existimavi. Confi-
dens fore , ut a sublimioris studii sectatoribus
benevolis manibus excipiatur.



sin

A. B. C. D.

DE



DE SENSIBUS IN GENERE.

§. I.

Tactus, gustus, olfactus, visus, auditus quinque sensuum externorum organa sunt, quibus natura hominem eos sine instruxit, ut horum beneficio altioris originis Directrix anima externis que percipit objectis in summa finem uti, salubria a nocituri discernere, corpori consulere, & munere suarum virtutum eo felicius perfungi valeat, ne tanquam inutilis hospes eo, quo in hoc moratur, tempore resideat. Sed, cur postrema quatuor mobilissimae corporis parti innascuntur? cur Regiae animae sedi circumfunduntur? cur primum tanquam per omnes fere corporis tam externas, quam internas Provincias diffusum exul quasi in digitorum apices relegatur? & in distantibus adeo locis concluditur? ratio posterioris hucusque a Physiologis haud quæstra a me in tactus commercio expendetur, prioris vero in eo locata videtur, ut eo commodius ad percipienda undique objecta hac agilitate dirigantur, aut a non percipiendis avertantur.

§. II.

(o)

§. II.

Est vero sensus externus ea nervi in suo organo ab exteri-
nis objectis mutatio, quæ apta nata sit mentem ita afficere, ut
ad novam cogitationem impellatur.

§. III.

Hæc cogitatio ad animam cogitantem relata perceptio, ad
objectum, unde oritur, idea vulgo vocata actionem objecti in
organon individuum, individui organi ad primam ejus origi-
nem deductam mutationem, & simplicem animæ affectionem
inevitabili lege depositum. De primo unanimis omnium con-
sensus est, de postremis in Problematis ab Illustri Academia
Berolinensi præscripti resolutione (qui sonus fiat, & Auditus)
dubitare nuper caput Expert. Vir BELZIUS, organon Auditus ad
auditum non tantum conferre afferens, quam animæ attentionem.
Cui sententia & ego quoque accederem, si persuadere
attentus mihi possem, non interesse, an a Machina dioptrica
refonent radii sonori, aut a Phonurgica luminosi refingantur,
a sale, oleo, & qui huic inhabitat Rectore Spiritu, nudus, aut
opercularis feriatur nervus, hic per recessus spirales, caver-
nosos conos, multiformes caveas, & appendices artificiose di-
latatus, ibi diversa forma tum fungiformes, quam conicas acies
non minus mirande condens aliis; si persuadere attentus mihi
possem, postposito organi artificio, spreta nervi dispositione
solam animæ attentionem esse, qua mutationes in iisdem ex-
citare, & (ut scolæ loqui amant) identificare possit; sed per-
suaderi non possum, & nunc certum est, organorum Machi-
nationibus suos usus esse, & nervos in uno organo dispositos
non idem in altero præstiratos, nec olfacturas (si ita loqui
licet) propugnaculo destitutas, & muco obductas digitorum,
papillas; Certum etiam, animæ attentionem ad claritatem
distinctionem percipientiarum idearum, & perceptarum vivi-
diorem in Sensorio communis impressionem contribuere, aliud
nil facere. Argumentis Cl. Viri supersedeo nullius ponderis.

§. IV.

Quanquam vero tantum sibi tam objecti varietas, nervi
pro vario motu gradu affecti natura, quam discrimin fabri-
cati

- 55 - () - 55 -

cati organi vendicent, anima minimum; id porro mirabile est, in cogitantis jam animæ illa perceptione nihil esse (ut perhibetur) quod sit in actione objecti, aut in passione organi, sed totum animæ deberi Quæ res quidem animæ percipientis modum incomprehensibilem reddit, postulataam vero a BEZIO attentionem iterum manifestius convellit, dum omni studio, curaque invigilans attentissima mens, in illa, quam ab affecto organo, mutato nervo, & sensorio capite, perceptione, affectionis organi, mutationis nervi, & sensorii nihil haurit, dum nequidem sentit, ut species rerum in Medulla cerebri imprimantur, pro diverso tamen impressioñis gradu pertinaciter, aut superficialiter hæsura. Et nunc ramen plus animæ attentioni (si Diis placet) quam organo, nervo, & sensorio communi hæc omnia debentur.

§. V.

Sed etiam quæri potest, an revera in cogitantis animæ illa perceptione nihil repræsentetur, quod sit in actione objecti, vel in passione organi, ut in hac horam omnes perhibueret Cl. Viri? Exulta nunc Viennæ (ut est) Physiologia animum addit, ut etiam in difficultissimam & nondum tentatam quæstiōnem lubens descendam, fusiis hac de re in tactus commercio disseratur.

§. VI.

Tactus nomine venit non Universalis quidem sensus, quo vix ulla humani corporis pars defituitur, sed specialis ille, qui in apicibus digitorum tanquam proprio organo exercetur, sitque, dum apex digitri objecto explorando admovetur. Instrumentum ejus sunt papillæ nervæ, rotunda, tenuissima epidermide coopertæ. Harum, nervique comitis ope imprimitur animæ idea corporis calidi, frigidæ, humidi, fisci, molliis, duri &c. titillationis; pruritus doloris, qua tria postrema solo gradu impulsioñis in organum facta differunt, ut mirandum sit, naturam arcto adeo vinculo voluptatem cum dolore coniunxisse.

B

§. VII.

§. VII.

Gustus sit, dum objectum sapidum papillas linguae afficit. Et vero infinita numero totam superficiem linguae coronant, tenerrimo sibi superinducto epithelio defensa, suntque in radice linguae capitatae, tum in supra et linguae superficie fungiformes, & per priores, maxime vero in apice linguae conicae, quae ideas animas omnis saporis, sive isalem, sive oleum, (quae bina objecta gustus sunt) arguat, representant. An a quinto, an a nono, an ab utroque nervorum pari ortae?

§. VIII.

Olfactus, ut fiat, oportet, particulæ odoratæ e corporibus extricatae volatilizentur, opeque aeris in vigens organum, in Membrana Shneideriana nudum, & solo vernice animali obductum deducantur. Hinc vitiatu nervo, siccis naribus, prohibita respiratione &c, deletum iri olfactum nemo non percipit.

§. IX.

Magna ceterum naturæ providentia singulare præ ceteris hujus organi imperium in vitam animalem admireris. Olfactu subitæ mortes producuntur. Sed & per eundem olfactum (medicamentis spirituolis nari instillatis) vires restaurantur, affectiones hystericae, syncopes, Asphyxiae dominantur, discessura jamjam de habitaculo suo anima e limine revocatur; ut proxime quasi ad vitæ sedem, animamque ducere olfactus videatur. An ratio in teneritudine nervi (ut haecenus credebatur) & vicinitate cerebri vertitur? non video, quid hac in re optico, aut acustico nervo possit derogari? Profecto (etsi teneritudini nervi & vicinitati cerebri quidpiam tribuas) maximam tamen consensus narium, quem cum toto pone corpore (ut sternuario docet) obtinere videtur, attentionem meretur. Quid enim mirum? si a tanta conspirantium nervorum turba oppugnata expurgiscatur, siue defensionem molliatur anima?

§. X.

§. X.

Vifus: Imago objectorum externorum ope radiorum lucis animae communicata nuncupatur. Sensus nullo pretio redimendus, abs quo ute poter maximam suam felicitatem (adspicuum hujus universi) ignoraret genus viventium, pro sui dignitate exactiore deposit contemplationem.

§. XI.

Lucis nomine id omnibus venit, quod videre facit. Lucem hanc aggregatum esse colorum omnium directis experimentis proposuit NEWTONUS. Singulus enim ejusdem radius septem aliis componitur, quarum separatio primitivos septem colores, conjunctio vero jubar lucis exhibet splendidissimum, ut adeo lux vifum, color vero species lucis esse videatur. Radii autem lucis a puncto lucido in omnem ambitum, tanquam a centro ad peripheriam quaquaversum lineis rectis propagantur, quamdui directionem hanc nulla potentia interturbat.

§. XII.

Cum primum vero e corpore rariori in densius adiunguntur, ad perpendicularum; e densiori vero in rarius incurrentes a perpendiculari eos refringi, receptam ab omnibus sententiam pro demonstrata assumo. Singulum vero lucis radius instar coni, cuius apex in puncto, ex quo emititur, basi in cornea sit, concipi posse, assertum est priori haud obscurius. His positis: cum cornea ambientem aërem densitatem superet, necesse est unumquemque radius lucis in corneam impingenter ad perpendiculari, (quod ducta per corneam tangente in pupillam dirigitur) refringi. En autem artificiosum naturæ opus! iidem illi radii a cornea ita refracti in medium paullo rarius (humorem aqueum intelligo) feruntur, stupendo natura consilio! Cornea enim segmentum ute poter Sphaera minoris ad semi-diametrum sui focum projiceret, quo fieret, ut imagine longe ante retinam depicta media etiam luce continuo cœcuremus, nisi præmatur huic radiorum unioni humor aqueus obſisteret, factaque a perpendiculari refractione paululum dislocaret. Pupilla inter-

rim plus, minusve expansa, prout objectum vividius, aut languidius, proprius, aut remotius oblatum fuerit. Ea lege, ut, quo proprius, aut luminosius objectum, eo arctior pupilla, & contra constanter observetur.

§. XIII.

Lens chrystralina, retro aqueum humorem locata (cum densius medium sit) nova ad perpendicularum refractione illapsos in se radios plus colligit. Cum tamen segmentum minoris adhuc Sphaera sit, ac cornea, facta ad sensu-diametrum sui foco ante retinam eundem formasset, ni subitam hanc radiorum unionem vitreus humor (rarius paululum medium) moderaretur. Quo fit, ut radii ab uno puncto extra oculum orti, in unum iterum retro lentem punctum collecti retinam ferant, & in eadem unicum punctum objecti, a quo emanarentur, depingant, collectis sic omnibus singulorum punctorum radiis imaginem objecto haud dissimilem efforment, sentientique animæ offerant contemplandam.

§. XIV.

Tenendum tamen, nec omnes radios pupillam subire, neque omnes pupillam etiam subeuntes in retinam pervenire singulæ imagini servituros; Turbo enim radiorum iridem, aut sclerotica ferientium eo, quo incidit, angulo reflectitur, alii pupillam etiam subingressi, si nimis oblique in lentem, aut humorem vitreum incident, reflectuntur, reflexique aeterrimo uvae pigmento absorbentur, turbatur visum, si alium uvae ad reflectendos radios idoneum colorem natæ fuisset. Ut adeo non nisi eorum radiorum cohors, qui recta lente transierunt, ejusque refractionem passi sunt, in sedem formandæ imaginis (retinam designo) deveniant. An autem calidi, an frigidi eo deveniunt? definitam radiorum densitatem ad generandum calorem requiri pyralydes, lampyrides, Cicindelæ abs notabili calore lucentes docent, ut (quod in foco radiorum lunarium manifestum) eo minorem iis inesse caloris gradum evincatur, quo plus divergendo progrediuntur. Sed neque omnem, quem percipimus calorem, a radiis lucis derivandum existimo; magnam enim ejus.

ejusdem partem ambiens aer, & corpora exhalantia sibi vendicant. Quorum, si nulla foret in augendo calore virtus, summi montes, quorum vertices incumbens sol proxime ferit, exusta calore lateri continuo ostenderent, qua tamen eo frigidiora, quo soli propria deprehenduntur, ratione raritati aeris calor concipiendo minus aptæ assignanda. His naturæ legibus innixus non vereor afflere lucis radios abs norabili calore ad oculum allabi. Si etenim eum calorem lucis radiis detrahām, qui exhalantibus corporibus, & ambienti debetur aeri, si radios ut plurimum reflexos, maximeque divergentes (nisi cum maximo retina periculo primores solis radii excipiāntur) ad oculum advehi considerem, si subitam pupillæ ad tractum vivide lucis constrictiōnem adjiciam, non video, qua ratione calorem quempiam adducto etiam in auxilium, qui in retina fit, foco queam elicere. Focus enim in retina structus necquaquam in unicum punctum cogit radios, sed singulis objecti punctis totidem retina puncta respondent, propriis sibi, siue objecti puncto radiis corrusca; Quorum tenuitatem vel inde colligas, quod a singulo lucidi objecti punto in omnem diffundantur ambitum, paucissimi oculum attingentes.

S. XV.

Temerarium cæteroquin assertum nonnullis videbitur, quo sedem viuis retina attribui nullo convincente arguento adhucdum in medium prolatō? ego vero eo minus culpæ cuiusquam argui posse videor, quo pluribus summorum virorum opinionibus sententiam meam stabilitam intueor, ut in tanta luce cæcutire neminem possit existimare. Cerebri enim in retinam certa productio, morbi organi, cæcitates a compressione, lassione nervi optici secutæ sensus aterno experientia soli nervo proprius perquam manifeste rem evincunt. Quidquid MARIOTTUS, PICARDUS, aliquis pro choroidi halucinentur. Experimenta enim ab utroque adducta solummodo commonstrant, dari punctum cæcum in oculo, in quod incidente foco aut maculam nigrā in naſo Experimento PICARDI objici, aut charulam muro appensam Experimento MARIOTTI evanescere oportere, nemini Anatomes perito in controversiam vocatur. Cæcum enim id punctum efficit emergens e medio nervo opticō

centralis arteria, communi aliarum arteriarum lege vi propria sentiendi definita. Accedit, quod idem Argumentum (si quod esset) æque systemati MAROTTI, ac nostro adversaretur. Pone enim (per me licet) vius fedem in choroide, an non choroides retro retinam locata objectam pro vallo habebit centralem arteriam? an non æque cæcum id punctum experietur?

§. XVI.

Ex his ratio evidens deducitur, cur nervus opticus non ipsi axi oculi, sed proprius naso inferatur? axi enim oculi insertus, foco in centralē arteriam incidente effecisset, ut ad omnia objecta remota cœcūremus BOERHAV. Perforata omnia apparent & omnino evanescerent, quæ perfectius inspicere vellimus BEORNOUL: sed neque angulo externo inferendum author naturæ voluit, tunc enim concursus axium opticorum in maxima distantia factus fuisset, unde plurimi omnino in punto veri situs, duplicitate unius objecti, distantiarum dimmensione errores necessario orientur. Nunc vero id tantum punctum cæcum habetur, quod naso obvertitur, & cujus visio minus necessaria est eo loco, ubi nunquam objecti visionem amittimus, quamdiu utroque oculo gaudemus.

§. XVII.

Intellecto, qui objecta externa in retina depicta sui imaginem ope nervi optici animæ repræsentent, phænomena ea explananda veniunt, quæ aut ob frequentiam sui, aut ob difficultatem intellectum majorem poscent attentionem.

§. XVIII.

Inter cætera Myopiam, Presbyopiamque sèp[er]ius videoas, multi enim reperiuntur, qui his malis confundentur. Utriusque ratio ab individua uniuscujusque oculi structura est repentina: Atque Myopes id vitii ut plurimum præferunt, quod cornea convexiori donentur. Quo fit, ut magna radios refringendi virtute pollent, eaque tantum objecta distincte percipiant, quæ propinquæ oculo proponuntur. Radii etenim e propinquæ corpore sub majoribus angulis in corneam illabuntur, majoremque hac ipsa de causa refractionem postulant. Quam, cum

cum ad equatam in convexa nimium Myopum cornea fortiantur, non adeo facile ante retinam colliguntur, sit vero id, dum remota objecta contemplantur. Remotorum enim corporum radii parelli magis veniunt, pauca hinc refractione opus habent, cum vero eandem in convexa plus justo cornea nimiam patiantur, unientur antea, quam in retinam veniant, factio ante ipsam foco visum turbatur. Etenim ex ipso foco indeole sua divergunt itidem radii, neque unum, sed innumerabiles pseudo focos in retina depingunt. Id tamen solarii hac de causa Myopibus est concedendum, quod, quo longiores vivunt annos, eo meliorem abs Medica ope visum adipiscantur, quem planiori sensim facta cornea in acceptis ferant, oportet.

§. XXI.

Presbyopes ex adverso (quod vitium senibus familiare) planior ut plurimum cornea intructi sunt, atque hac de causa remota objecta distinctius, obscurius propinqua percipiunt. Cornea enim eorum iusta convexitate defititura divergentes nimis propinqu corporis radios nequit (ut postularent) refringere, ut hinc non uniti radii in retinam illabantur. Radii vero et remotor corporibus emanantes, cum pro parallelis fere haberit possint, debilitata etiam Presbyopum refractione ad axim optimum refringuntur idoneo in retina foco se commendantes.

§. XX.

Cæterum in statuenda Myopia, & Presbyopia causa rem non ita ad vivum resseciam velim, ac si nulli alteri cause locum concederem, quæ par effet his incommodis producendis. Lens enim crystalina convexior justo, aut densior, & ex adverso planior, aut laxior recensitis similia mala generat, prior radiis antea, quam retinam attingant, unitis, posterior iisdem necdum unitis ad retinam determinatis. En luclentas utrinque mali in lente causas! Imo vero naturali conformatione lens a retina majori, aut minori justo intervallo distata quidni jam vicinis, jam remotoribus objectis distinguendis plus evadet idonea? Quod si his aqueum, vitreumque humorem densitate aucta, minutave peccantes contempleris, omnes (ut opinor) malorum horum fontes resestristi.

§. XXI.

§. XXI.

De emendandis hisce malis, non est, quod ultro verba faciam? vitris dioptricis armandos esse oculos, Myopibus concava, Presbyopibus convexa auxilio est, res est vulgo etiam nonnulla. Atque ita Magno Mortalium commodo ars Magistrorum Naturam imitatur, & emulatur.

§. XXII.

Transeo ad difficiliorem quaestione resolvendam, cur nempe duobus oculis unum solummodo objectum videamus? varis, iisque oppositis sententiis hanc in rem a longo retro tempore litigatum est; plurimi explicere ex adiunctione nervorum opticorum, hos vero cultior Anatome sui erroris manifeste convicit. Alii ab harmonica oscillatione extimorum utriusque nervi fibrillarum phenomenon deduxerunt. Alii uno fere tantum oculo nos uti afferentes Gordium sibi nodum dissoluisse videbantur, alii aliis segmentis libros oneravere, ego, antequam hac in re quidpiam definitam, pauca animadvertisco.

1mo: Oculum uno eodemque momento unicum objectum posse distincte percipere, quod unusquisque sibi in propria visione potest demonstrare. Quamvis oculus mirabiliter velocitate adeo cito plura objecta percurrat, ut inattento de pluribus sibi una visus gratulanti facile imponat.

2do: Ad distinctam visionem efficiendam necesse esse, ut ex omnibus objecti punctis emanantes radii in uno foco colligantur.

Quibus positis super praefixo scopo rationinandi faciliorum campum mihi apertum iri existimo. Quamdiu enim ex infinitis punctis convergentes radii in unum focum coadunantur, simplicem fore objecti visionem (ceteris conspirantibus) non est, quod ambigatur, ut ex adverso incidentibus separatis radiis multiplicato foco, aut confundi, aut multiplicari visum docet
Magnus BOERHAVE,

§. XXIII.

Neque tamen e simplicitate foci simplicitatem visionis deducam temerarie, sicquidem nixam infinitis fundamentis senten-

tentiam facile videtur subvertendam. Etsi enim iis, qui e.g. angulosam lentem habent, pro multiplicitate angularum objecta multiplicetur, ratioque phænomeni inde solummodo eruat, quod multiplicato foco depicti in retina objecti imago multiplicetur, simplicitas tamen foci ad visionis simplicitatem utut necessaria nullatenus causa unica simplicis visionis est afferenda.

§. XXIV.

Quamprimum enim in duobus diversis retinæ punctis objecti imago depingitur, sensationem objecti fieri duplice in dubitatis conitatur experimentis. Hoc non raro accidit iis, quibus alter oculorum distorquetur, aut alia ratione ad objectum ita dirigitur, ut in diversis retinæ punctis foci colligantur. Ut adeo ad simplicitatem visionis & simplicitas foci, & ejus in idem retinæ utriusque oculi punctum incidentia requiratur.

§. XXV.

Ultimo demum inquirendum restat, cur depictam in retina inverse imaginem (ut experimentum & ratio docer) erectam videamus? qua in re nulli alteri rationi aſſequendæ sumus: quam animam ea virtute æterna lege esse præditam, ut lineas non iis punctis, & ordine, quibus in oculo depinguntur, sed iis, quibus radii ab objecto emanant, sibi repræsentet.

§. XXVI.

Auditus porro: est perceptio soni in mente ope organi auditorii excitata.

§. XXVII.

Cujus mirabilis ortus, & propagatio ut luculentius perspiciantur, operæ pretium duxi in singulorum naturam investigare, ne quidpiam, quod bono organo non audientibus auxiliari queat, desideretur.

§. XXVIII.

Est itaque sonus motus tremulus aeris ortus a corpore sonoro eum conciente per reciprocum tremorem sui elateris. Expedit vero singulorum verborum pondus estimare, quo evidentior asserti veritas appareat.

C

§. XXIX.

§. XXIX.

Aerem esse verum medium, quo auxiliante sonus producitur, ipsa ejus docet propagatio. Idem enim, qui modo auribus meis obverfatur sonus, serius ab alio plus paulisper a me diuino percipietur. Sed & idem experimentis sedulo institutis multoties confirmatum est, sonum exhausto aere totum pene aboleri confirmavit BOYLE, integre extingui CAMER. Imo vero, si campanam aere plenam altera aere vacua circumdederis, ne tum quidem sonus ullus in interiori campana exortus extorsum propagabitur. Verum & diversa aeris constitutio variat sonorum favens idem edocet. Probe enim novimus, in altissimis montibus,estate, caelo pluvio debiliorem, locis vero humilioribus, hyeme, caelo sereno intensiore sonum eluctari.

§. XXX.

Oportet autem aeris motum esse reciprocum, ut sonus producatur. Reciprocum autem motum habeo, quo uno momento columna aeris ab A versus B impulsa, altero momento a B in A determinatur. Morus enim aeris æquabilis vehementissimus etiam sono efficiendo impar est, ni objectum aliquod offendat, cuius ope in reciprocum tremorem cieatur.

§. XXXI.

Soli tamen aeris motui sonus necquaquam est adscribendus; tum enim solum exoritur sonus, dum aer ad corpora firma, aut vicissim, aut firma corpora inter se alliduntur, ut sic aeris motus tremulus communicetur. Sonus quidem perficitur in aere, non autem vi aeris, sed virtute corporis sonori motum tremulum aeri conciliantis. Suppone enim: malleo feriri campanam, unusquisque circulus fedor campanæ mutabitur in elipsum (quod & alpera arena granula alterne resilientia, & circumductum filum, & oculus demonstrant) qua ipsa elipsis vi elasticæ campanæ in circulum se restituet, denuo in elipsum convertenda. Alternis his oscillationibus sit, ut proxima aeris columna impulsa cum vicina sibi confictum ineat, cumque in hoc conflitus punto aer densitate excedat, ad contactum vero trementis sonori corporis rarissimus sit, relapsus in rariora aer oscillantem adhuc elasticæ corporis fabricam offendet, ab ea denuo repellendus.

§. XXXII.

§. XXXII.

Nec vero omne corpus alternis his oscillationibus, & tremoribus subeundis est idoneum, mollia enim, villosaque corpora hac virtute orabantur ut plurimum, dura vero, & elastica, quæ cum resistentia oscillant, id proprietatis manifestius possident.

§. XXXIII.

Demonstraverunt vero Physici ad exortum soni non sufficere, ut totum corpus elasticum vibreret, sed ut minimæ particulae sonori corporis contremiscant, & ambientem aerem in similem tremorem agant. Sic ferrea forceps, si curva ad contactus mutuo compresa dimittantur, tremit abs eo, ut sonus quispiam eliciatur, firmata vero duro corpori sonum edit perseverantem eousque, dum elasticæ vibrationes, & tremores adversa potentia cohabeantur. Clarum quoque hujus documentum habetur in campana malleo percussa, si enim illico ab iectu mallei manu campanam prehenderis, oppresis alternis oscillationibus, & tremore particularum minimarum deperdetur sonus per tria etiam secunda minuta secus continuandus.

§. XXXIV.

Quod vero diversitatem sonorum concernit, tenendum est, eo graviorem sonum oriri, quo paucioribus vibrationibus tremor ille elasticæ corporis intra datum tempus absolvitur, eo vero percipi acutiores, quo pluribus oscillationibus particulae sonori corporis eodem temporis intervalllo subiliunt. Ut adeo acumen soni habeat se in ratione directa numeri vibrationum intra datum tempus.

§. XXXV.

Exposito soni exortu ad propagationem ejus eruendam devenio: qua in re aerem esse medium propagando sono proprium ex confirmatis §. XXIX. desumo. Ea autem lege distributio ejus peragitur, ut a corpore sonoro in omnem ambitum tanquam a centro ad peripheriam radii sonori propellantur, communemque cum raduis lucis progressus & reflexus directionem servent. Pone (in rei testimonium) campanam iectibus mallei resonantem magna hominum turba undique esse circumseptam, ab omnibus æque bene sonum percipiendum (si vigente aure intendant) non est, quod dubitetur.

Finge jam altiorem aliqua ex parte murum assurrexisse, sonus non omni, sed eo, ad quem reflexio muri terminatur, loco bene percipietur.

§. XXXVI.

Est nihilominus radios luminis inter & sonoros non præterea una differentia. Radii enim luminis ea celeritate propagantur, ut remotissimas etiam stellas fixas contemplanti inter voluntatem & secutum effectum nullum temporis intervallum interponi possit. Radii autem sonori tardioribus multo alii instruti deprehenduntur. Captis enim experimentis reperrunt est, quantum iter dato temporis spatio sonus emetatur. Florentini milliare Italicum intra quinque minuta secunda percurtere sonum afferunt. Mille tringinta octo pedes Gallicos intra unum secundum minutum Parilini, alii alter, ita, ut dimensio in singulis varietatem patiatur. Fide ad Authores relegata, sonum successive propagari obvio etiam experimenio cuivis oculos ponitur, qui exploso tormento tempora inter vias flammas & perceptum sonum media attente dinicitur.

§. XXXVII.

Id in propagatione sonorum singulariter obvenit, quod, cum alias fortior virtus debilius prævalere soleat, debilius tamen sonus cum fortiori de palma contendat, nihilque sibi in propagationis contentione derogari patiatur. Mirabilem hanc proprietatem primus docuit GASSENDUS, experimenta de industria instiuit Magnus Dux Hetruria, spatiumque temporis, quo soni a determinato loco ad aures allaberentur, pendulo dimensionis communis, minutis sclopi æque, ac gravioris tormenti sonum easdem numero pendui vibrationes sustinuisse, dum ab eodem puncto ad aures allaberetur. An vero ventorum vis aliquod imperium in sonos exercet? an velocior, qui secundo, quam qui adverso vento ad aures defertur sonus? hanc quoque proprietatem sagax detectus GASSENDUS remaque se habere afferens, confirmavere Florentini, contraria sunt Gallorum Experimenta.

§. XXXVIII.

An ergo aer unicum medium sono preferendo idoneum? an non aqua ad exequendum hoc munus potentior ut contendit BELZIUS? Urinatorum motus pescatores in navicula sua non ex-

au-

audiunt, DERHAM. Decem sub aqua Orgyas ne tormenta quidem exaudiri GASSENDUS reliqui. Campanæ sonum in aqua tribus gradibus graviorem esse KIRHER. Ut adeo aqua medium sit aeri nulla ratione a quiparandum. Videtur tamen & aqua fons (etsi non adeo vividos) transmittere ratione intermedium corporum, cum ipsa & compunctionis, & restitutionis incapax sit.

§. XXXIX.

An sonus, quem percipiimus, directus, an reflexus? an utrumque? Ex demonstratis §. XXXV. patuit: radios sonoros à puncto sonoro in omnem ambitum, tanquam a centro ad peripheriam diffundi, hinc directe etiam ad aures posse appellere directum sonum effecturos. Verum, cum nullum locum sibi quisq; iam vel imaginari queat, quin simul sono quacunque ratione reflectendo primum inveniat, evidens est: omnem sonum directum simul reflexum evadere. Graviter profecto falluntur ii, qui ad concionem in templo dicentis vocem sono solum directo advenire arbitrantur. Sonus enim infinites a pavimento parietibus & aliis duris corporibus reflexus debili sapienti numero (si sola foret) Praeconis voci robur inspirat, ut sic stipata innumerabilibus reflexis vocibus audientium aures feriat uicem. Cardo rei omnis in eo vertitur, ut innumerabiles reflexus singulo prolatu sono orti, eodem, quo directus sono tempore ad aurem allabantur. Hac enim ratione unicus, isque distinctus sonus percipietur. Ut hinc manifestum sit, cur in patente campo dicentis vox, etsi toro pectore effusa, infirmo robore se commenderet pauca enim objecta reperias, qua reflectenda voci paria existant.

§. XL.

Non tamen ex adverso singulus sonus reflexus directum sibi comitem habet. Sic in scapha loquentis vocem, qui simul ve-huntur, non audiunt, nisi aedes ad ripas sint, qua eum reflectant, ut sic ab aliis quasi exortum sonum percipient, Da Bois. Ad hoc vero, ut sonus reflexus abs primitivo comite percipiatur, certa reflectentis corporis distantia requiritur. Ad quadraginta passuum distantiam unam syllabam ab echo rediti, duas ad octoginta &c. docuit STURMIUS. Echo nempe a sono primitivo tum tantum distinguitur, dum a determinata distantia repercutitur.

C 3

§. XLI.

§. XLII.

Exortu soni, ejusque propagatione expositis, modus explanandus venit, quo sonus auribus imprimatur, sensumque Auditus efficiat?

§. XLII.

Ex demonstratis §. XXX, elucebat, radios sonoros a puncto sonori corporis in omnem ambitum lineis rectis divagari; ut pari radiorum luminis lege coni instar diffusi apicem puncto sonoro, basim objecto sonum excipienti obvertant. Quod, cum vis soni a numero radiorum in dato cono contentorum dependeat, justo infertur: id corpus optimas distincti soni ideas praesentaturum, cuius figura plurimis radiis sonoris excipendi, iisdemque in focum colligendis idonea reperiatur. Assertum hoc tuba stentorea adeo confirmat, ut id nemini in dubium vocari posse existimem. Verum auris perfecti hominis (quod infusa cera docet) figuram exhibit tubæ stentoreæ pene simillimam, ut hac ex parte nihil, quod ad radios sonoros excipendos, eosque repetitis ad angulos incidentiae aquales reflexionibus colligendos requiras, desideretur.

§. XLIII.

Nec vero hæc sola proprietas est sonorum excipendorum facilitatem absolvens, exteriori enim auriculae pro maxima parte cartilaginea meatus auditorius partim cartilagineus, partim osseus continuatur, corpora pinguedine orba mollitiae expertia, aptaque, qua harmonicum subtilientis externi aeris tremorem suscipiant, radios sonoros reflectant, inque focum collectos membrana timpani imprimant. Quæ, quoniam directoribus musculis instructa est, tendi, aut laxari potest, ut pro rei necessitate plus, aut minus vibrans harmonicos tremores ad malleum, aeremque cavo tympani contentum expeditat, quos malleus exceptos incidi, hæc mediante ossiculo sylviano stapedi, hic denum fenestra ovali imprimat, aere interim cavi tympani incola muneris sui minime oblito, ossiculaque hæc, & rotundam fenestram subsultibus suis feriente (manifesto sonorum quorumpiam totas etiam ædes concutientium documentum.

§. XLIV.

§. XLIV.

Ita radii sonori a corpore sonoro digressi in meatu auditorio in focum collecti, mediante membrana tympani partibus in cavo tympani locatis, horumque ope fenestræ ovali, ut & rotunda impreSSI in vestibulum penetrant, ibidemque ope perioltii in vestibulo expansi, & contigitate ossis cochleam, & tres canales semicirculares ferunt, in quibus diffusa mollis portio nervi acustici, ad minimos etiam harmonicos motus vigil exceptum sonum anima communicat. Sufficere autem ad sonum percipiendum, si nervus auditorius ab ossiculis solum harmonice contremiscitibus percūtiatur, elegantí exemplo Talpæ declarat DERHAMUS, cui furcatum os quod pro stapede est, utramque fenestram pulsat.

§. XLV.

Phænomena ceterum in organo hoc occurrentia nullam patiuntur difficultatem: surdos voces ori immisſas ope tubæ Fallopianæ radios sonoros in cavum tympani determinantis sapennumero percipere, affecta tuba Eustachiana virtus auditus ab inclusō aere nasci, aliaque in vulgus nota præterea, ei solum quæstionis satisfacturus; cur binis auribus unus, nec confusus sonus? quæstio quidem hæc multorum ingenia acris torsit, et si ego, quid difficultas eidem insit, non reperiam. Anima etenim in percipiendis iis, quæ extra ipsam aguntur, sensibus externis obaudit, ut proinde identificatas perceptionibus, quas beneficio sensuum adipiscitur, ideas sibi formare cogatur. Quod, si par in utraque aure tremor harmonicus, par sequetur impressio nervis communicata, atque huic uniformi impressioni non assimilis in mente idea.

§. XLVI.

An fibrillæ portionis mollis aliae breviores, longiores aliae, singulæ definitis tantum sonis excipiendis adaptatae? ut fibra harmonicum tremorem suscipere queat, tensam eandem certa ratione esse oportet, molliæ enim non elastica corpora sonum suffocant. An fibrillæ portionis molli tensæ, an elastica sunt? si tensæ sunt, & elastica, cur dolor abest perpetua lege tensam fibrillam concomitans? si autem molli nervus perhibetur posse contremiscere, tremor is concutiet totam nervi substantiam.

stantiam. An tunc sensus erit mutatio nervi in superficie, ut requirit Magnus BOERHAVE? an non itidem dolor sensum supplebit? merito hic ausim querere, rectene Cl. BELZ §. LXXX. chordam tympani harmonice contremiscere afferat? dum virtutem hanc portioni molli posse attribui negat? oblitus (ut opinor) chordam quoque tympani inter nervos recenseri. Cur vero, ut Boerhaveanam infringat sententiam idem Cl. vir nervos acuticos (sensus organum) ramosos, & anastomosantes fingat? ipse viderit. An hos ita Illustri Academia demonstravit, ut illa adeo facile argumento aquieverit? An autem aer naturaliter in labyrintho fenestrarum ovalem basi stapedis ita obturatum esse, ut nihil ingredi possit, perhibet multi Anatominorum, Aerem contineri negant plurimi. An vacuum hic loci constituendum? Sin ita? cur exhalanti liquido immisus solutus aer elasticitatem suam non resumit? Cur columna preventis externi aeris membranam ovalem, & rotundam non perrumpit? Contra, si adest aer, ut BELZIUS contendit, unde tubingresius renovatur? nonne ipse fatetur non renovatum cavi tympani aereum propagando sono ineptum? An similes quaestiones in gravi de explicatione auditus pro premio concurrente arguento omitti possint?

DE CONSENSU ORGANORUM.

§. XLVII.

Consensum voco, eam organorum externorum necessitudinem, qua sit: ut affecto uno alterum quoque (licet causa sibi immediate non applicata) mutationem quandam patiatur. Tanta autem inter omnia sensuum organa ratione modi corporum in ea agentium similitudo invenitur, ut ea facile ad unam classem reducas. Omnis nempe sensus tactus est, & quidem dupli intellectu:

1^{mo}: Quod omne sensus organum, quia nervos sensibiles habet, tactum dato objecto exercere valeat.

2^{do}: Quod, eti tactum non exerceat, objecta tamen singulorum organorum, eti a tactus objectis diversa tactus specie agant.

agent. Vetus etenim tactus est nervi optici per focum radiorum lucis, olfactus nervi olfactiorii per particulas odoriferas, gustus sit, dum objectum sapidum papillas linguae tangit, auditus, dum tremor harmonicus superficiem nervi Acustici affectat, tactus denique ipsa vi nominis suum sensum declarat. Organa haec tamen, utut ratione modi corporum in se agentium inter se affinia, magnam diversitatem ratione rerum percipiendarum patiuntur, unumquodque enim organum huic potius, quam illi rei percipiendae magis est idoneum. Objectum enim visus color, olfactus odoratum, gustus sapidum auditus sonorum, tactus asperum, laeve, durum, molle, quies, motus distantia &c deprehenduntur. Ut, nisi praesente luce non videas, abs sono non audias, & sic porro.

§. XLVIII.

Omnium horum agendi modus (uti §. priori dictum) ope tactus sit, mutatio nempe in superficie nervi obtingit, apta ab anima percipi, quam merito tactum appellare possis. Ipse tamen hic tactus (etsi omni organo communis) diversus est in organis, tactus enim, qui in apicibus digitorum exercetur, a singulo nostrum percipitur, ut hinc clarum evadat, in cogitantis animae perceptione representari in tactu aliquid, quod sit in actione objecti, & in passione organi. Tactus autem radiorum lucis in retina, aut follicorum in portione molli, etsi ille retinam, hie nervum acusticum feriat, tactus sensum non producit. An ratio subtilitati lucidorum, sonorumve radiorum tribuenda? an refundenda virtus in essentiam nervi, qua eum colori, hunc sono, non vero tactui percipiendo natura adaptatum voluit?

§. XLIX.

Profecto, etsi in subtilitate horum radiorum ratio versetur, diversitatem tamen objectorum percipientiorum quod concernit, evidens est: cuique nervo peculiarem facultatem concessam esse, qua definitum sibi sensum exerceat, neque ultra praescriptos limites jus ullum habeat progrediendi, ita sapidum naribus applicatum non gultat, non odoratur gultus, colores nullus, nisi opticus nervus distinguit, sensui dicatus nervus vim motrice destituitur, & vicissim, qui movet, sentiendi facultate pri-

D

pri-

privatur. Paralysis brachii sensu integro, sensus brachii abolitus motu persistente documentum afferunt, ut videatur seposita organi fabrica, prætermissa objectorum varietate nervi natura, & origo diversitatem tantam comparare. Nunquam certe in id inducam animum, ut persuadear: nervum olfactiorum pro retina positum colores distincturum, aut opticum nervum in labyrintho diffusum sonos percepturum. Singulus enim nervus docente Anatomie distinctas loco Provincias occupat in sensorio communis, distincto muneri subeundo dicatus, necessario, cum diversa cerebri plaga affecta diversos in corpore effectus producat. Adde, quemque in singulare suo habitaculo sensus adaptatum esse, & in hoc, non alio operari.

S. L.

Tactus ergo, et si tanta affinitate omnibus aliis sensibus junctus diversus est ab omnibus. Nam et si sensibilitas omni nervo adeo propria sit, ut singulus tactus organo praesesse valeret, quatuor tamen organa pone sensorium commune locata munere tactus non funguntur, vel, quia objecto tactus distinguntur, vel, quod, et si dato objecto aliquando ratione sensibilitatis tactum exerceant, Princeps tamen officium in aliud objectum diversum a tactu dirigant. Prioris in visu, & auditu, posterioris in gustu & olfactu evidens habetur documentum. Verum, nec ullum tactum inter, & alios sensus comprehendere licet consensum, organista quidem apud BOYLEUM adeo distincto tactu gaudebat, ut colores etiam, nigrasque literas distincter, ut adeo consensum aliquem inter haec duo organa quispiam posset arguere. Nihil tamen tactum inter & visum affinitatis invenio, sive in modo percipiendi, seu in objecto percipiendo. Et si enim visus tactus species sic, attractum tamen radiorum lucis nemo percipit. Aliud præterea objectum visus est, aliud tactus §. XLVII. Accedit, quod visus de objecto representato, tactus de representando judicet. Neque unquam tactus de colore ferret judicium, nisi superficies corporis singularis coloribus propria papillas nerves ad discernendum instrueret. Infinitis enim experimentis confirmatum est, a tenieribus corporum particulis reflecti colorem violaceum, porroque certa lege a crassioribus paululum reliquos primigenios colores, ita, ut crassissimæ eæ sint, quæ rubris radiis reperci-

ticem-

tiendis designatae sunt. Id ceterum in hoc sensus organo mirabile obvenit, quod, cum cætera 4. organa pone sensorium commune collocata sint, raçtum natura ad extrema artuum ablegarit. Quia in re (si abdita naturæ consilia scrutari liceat) non verebor afferere, ea de causa ordinem hunc ita institutum esse, ut, quoniam præ cæteris 4. organis tactui plurimum munieris incumbit, latissimeque se ejus imperium extendit, eo tanquam Custode in exploranda objectorum varietate, & arcendis corporis injuriis uteremur. Accedit gravissimorum Illustris HALLERI verborum pondus: eo nempe dolorem esse majorem, quo nervus major, cerebro propior, & nudior solicitatur. Quibus ego in eam induco opinionem, eo quoque majorem sensum fore in nervo, quo cerebro est propior. Ut videatur natura eos nervos (tactus intelligo) quibus rudissima objecta contemplanda proposuit, vel ex hoc capite a sensorio communi sollicite removisse, ne vehementiori in nervos factâ impressione sensorium commune periclitaretur. Objecta enim reliquorum 4. organorum, sive lucem, sive radios follicos, seu faridas, seu odoratas particulas consideres, modo agendi cum objectis tactus necquam sunt in comparationem ducenda.

§. LI.

Gustus organum, utut proprio sapida explorandi sensu gaudet, magnum tamen cum aliis organis commercium alit. Eam quidem, quæ cum auditu ipsi intercedit, necessitudinem ad auditum relego, visurus hic solummodo, quid ipsi cum olfactu & visu commune sit? Evidens certo est, idem pro parte objectum utrique organo (olfactui & gustui) obtigisse, oleum nempe spiritu Rectore dives. Quod cum virtus spiritus Rectoris in volatili consistat, mirum non est, si particulae odoriferæ in ore attenuatae volatilitate sua postica narium penetrant, eademque virtus, quæ in papillis lingua gustum produxerat, odore suo in naribus evadat perceptibilis, ut se penumero gustui adscribamus, quod odori debemus, & vicissim odoratum accusemus, dum gustui perceptio foret tribuenda. Verum & ipsa nervorum communicatio argumentum addit Phænomeno. Prætermitto enim ganglio semilunari GASSERI. (de quo alias) idem secundus ramus quinti nervorum paris Maxillaris dictus superior, qui antro hygmore pro parte prospicit, odoratu-

D 2

au-

auxiliaturus, nervum palatinum duplice portione per foramina palatina ingressum ad interiora oris alegat, unde manifestum gustus cum odoratu commercium elucescit. Ut non multo in solvenda quaestione ratiocinio opus sit, dum quisquam gustum in Ozena aut debilitatum, aut abolitum prouersus miratur. Num igitur sapida cito instaurantia ex eo, quod per venas subtilissimas reforpa ad sanguinem ita illæsis viribus perveniant, ut toti corpori robur insppirent BOERHAV? velocior est effectus sapidi, quam ut tantis viarum ambagibus obaudire valeat. Profecto cum ea tantum sapida cito instaurantia deprehendantur, quæ spiritu Rectore gaudent, cum idem spiritus Rector odoris quoque objectum existat, odoratus proxime quasi ad sedem animæ juxta §. IX. ducat, addito inter utrumque organum multo commercio facile perspicitur, quanam in herba anguis lateat.

§. LII.

An autem nonum par, an quintum eam possidet virtutem, qua gustum absolví percipimus? maximus gustus in apice linguae perficitur, solum autem par quintum in apicem protenditur. 2do. Gustus in Spasmo Cynico aboleatur, & Spasmus Cynicus ab iis musculis producitur, quibus par quintum servit. Valida pro quinto pari argumenta! verum contrario prouersus experimento gustum perditum docuit HEUERMANNUS, dum ramus noni paris ob scirhum glandula reseptus fuisset. An ergo utrumque par pro instrumento gustus habendum? videndum, an non consentius nervorum item componere valeat? In colica pectorum affectis propaginibus nervi intercostalis amaurosis sape secura est, an ergo æque nervus intercostalis, ac opticus ad visum conferunt? Profecto, ut solus consentius nervi intercostalis cum optico ad hujus vim tollendam sufficit, ita quoque quintum par affectum (etsi in hypothesi ad gustum non conferret) noni paris sibi consentientis efficaciam valebit inturbare.

§. LIII.

Verum & cum oculo commercii aliquid interesse gustui videtur. Id quidem, quod ab esu acrioris corporis lachrymæ eliciantur, levioris videtur momenti, siquidem & externas tantummodo oculi partes concernat, & vis phænomeni ex volatilitate

litate acris edulii nervum olfactorium ait annis ferientis, aut per conensem conjuncti deducatur, que sit, ut olfactus nervi lachrymalem in consensem pertrahant. Verum graviora occurunt expendenda: a laeso nervo secundo quinti in maxilla fistula palpebræ inversionem, & cataractam perhibet FAUCHARD: Magnam quidem lucem huic Phænomeno affundit novissime enucleatum ganglion semilunare GASSERI. Etenim, cum in hac penu trigeminum par quintum dictum concurrat, procul dubio in eodem (more aliorum gangliorum) mutua consensus vinculis devincitur. Ut hodie non solum isthac, sed & numerofa alia, qua arcto trium paris quinti nervorum commercio debentur, Phænomena intelligentur. Seu enim odontalgicorum miseræ, sive eorum malorum series, qua dentientes nonnquam comitari consuevit, in considerationem ducantur, multa hoc commercium sui exhibet specimina: solennes prioribus lachrymarum imbris, contorti posterioribus oculi, somnus aperta illudens palpebra, cornea in superiora propulsapro eo sufficienter perorant. Quid, quod imminentis mortis signa in miseranda illa lueta primo se in oculorum acie manifestent. Verum, an non rectius derivanda venit ratio ex ganglio lenticulari? nonne invitati a gustu in consensem narium nervi, quorum nasalis dictus ramulo in ganglion lenticulare influit, nervos etiam ciliares ope hujus ganglii perturbant? aequo plus videtur probare argumentum; opus etenim foret ipsas quoque narcs, per quas consensus propagaretur, mali violentiae succumbere. Fortitan ex tantum fibrillæ nervi nasalis, qua proximum cum ramulo ad ganglion lenticulare alegato commercium sustinent, in consensem rapiuntur? id ecquidem Anatomicæ industriae relinquismus perscrutandum.

§. LIV.

Dicta affinitate, qua olfactum cum gustu, hunc cum visu conjungit, transeo ad eam, quam sibi visus cum olfactu vendicat.

§. LV.

Notatu dignissimum hic occurrit phænomenon, quod vivida luce oculum feriente sternatio oboriat, quin tamen quispiam objectum olfactus lucem ausit afferere. Verum, ne-

D 3

que

30

que opus habemus in vastis antrorum nasi tenebris lucem qua-
rere, consensu nervorum illuminati. Ramus primus quinti pa-
ris orbitalis dictus idem & nasalem largitur ramum, quo me-
diante in nares quoque imperium aliquod sibi vendicat. Ve-
rum & ipsius nervi nasalis ramulus in ganglion lenticulare con-
fluens pondus addit argumento. Hunc consensum eloqui ne-
quaquam etiam mirarum, quod facta ad canthum majorem pre-
fessione instans fistatur sternutatio (compresso nempe nervo ad
nares tendente) quod in stenutatione uberior profluxus lachry-
marum, in coryza idem cum tumore palpebrarum obveniat,
ab eodem enim nervo nasaliter procedunt rami ad sarcum lachry-
malem, eidem ophthalmico ramo aque lachrymalis ac nasalis or-
tum suum debent, unde irritatis nervis in naribus locatis, pro-
pagines etiam, ac socios nervos irritari necesse est. Quo fit,
ut lachrymae uberior profundantur.

§. LVI.

Dissent quidem a scopo meo, que hac Spho sum exposi-
turus, quoniam tamen arteria oculi cum naribus notabile com-
merciū sibi vendicant, oportebat de his sermonem ingerere.
Salutari narium hæmorragia sublatam cæcitatem plurim cl.
virorum adsunt testimonia ratio phænomeni inde deducitur:
quod non raro cæcitatis causa in infarcta centrali arteria ner-
vum opticum comprimente delitescat, quod, quia eadem oph-
thalmica arteria, cuius ramus est centralis, ad interiora narium
ramum ablegat, id commodi praefat hic consensus, ut facta
per ramulum nasaliter hæmorragia depleatur centralis arteria,
sicque sublata in nervum opticum pressione visus restituatur.

§. LVII.

Neque prætereundum mihi arbitror hic commercium, quod
externas inter & internas oculi partes intercedit: a vulnere ner-
vi superciliaris oculum ejusdem lateris excæcatum, alterum ca-
ligantem observat PLATNERUS, & ex adverso irritato eo nervo
fanatam Amaurosim VALSALVA. An ganglion lenticulare in his
phænomenis est respiciendum? originem hujus primam ab
ophthalmico ramo deducendam non ignoramus, unde de con-
sensu ejus cum externis oculi nervis eruditur. Quid nervi ci-
lia-

liares in opticum possint? restat investigandum. Arctum dari commercium docet perfecte gutta serena respondens pupillæ paralysis.

S. LVIII.

Auditus: quemadmodum sui commercii plurima exhibet phænomena, ita præ reliquis in explanandis iis subtilius exponit ratiocinium, non levibus laboribus revinctum. Singula quidem gustum, finitimasque ei partes concernunt, vel ex eo tedium parentia, quod partes consentientes oculis cernere licet, conceperu confensus cimmeris tenebris sepulto, jurabit nihilominus iis recensendis insistere, ut ingenuæ saltē traditioni nihil ab Authore derogetur.

S. LIX.

Continuo profecto gustum, & auditum se mutuo carpendi studio ardere mireris: ab ingrato sono dentes sibi stupere indignatur hic, dum odontalgia laborans alter ingratissime timentis, aut susurrantis auris tumultus, doloresve conqueritur. Alter surdus in lucem editus loquela se privatum dolet, dum inficto sibi ad initium Maffeteris vulnere auditum sibi eruptum alter lamentatur, ut ingratas tempore deglutionis in aure perceptiones, sublatam ab applicato ad postica auris vesicante odontalgiam, ortam a compresso gutture surditatem, similiaque præteream. Quæ arctum hæc inter organa consensum oculos ponunt.

S. LX.

An vero inter eā musculo quoque temporali locus concēdendus? rem tanquam miraculi plenam, nulli (ut ait) hactenus Medicorum, aut Anatomicorum perspectam a se detectam gloriatur BELZIUS, dum affectum varia auditu inferre incomoda propriis confirmat obseruat, ut inde legitimam deducere conclusionem coactus fuerit musculum temporalem (ob loci contiguitatem) multum ad auditum conferre. Cogor certe & ego mirari, non tam vulgo notum phænomenon, quam mirabilem inde deductam conclusionem. Musculus enim temporalis ad auditum &que parum, ac tubus intestinalis ad visum confert. Et si affe-

ctis

Etis in colica pictonum intestinis amaurosis s^ep^e numero obser-
vatur, ratione phænomeni ex solo consensu eruenda. Definio
proinde jam mirari mala organi auditus ab affecto muculo
temporali oriunda, ramus enim superior dura portionis supe-
rator^o offe jugali in temporealem muscularum, & cutaneas partes
diffunditur, perpetuum (quamdu eundem natura obseruat or-
dinem) cum Auditu consensum celebraturus,

§. LXI.

Omnium horum nihilominus (ut innui) mutua actio de-
monstrabilis, conceptus vero occurrit impossibilis, duram por-
tionem in faciem egressam cum maxillaribus nervis concurren-
tem pedem anserinum facere, ab eadem ramum in cavum tym-
pani immergi, qui cum socio a maxillari inferiori adveniente
chordam tympani constituit, neminem latet. Mutuis his ner-
vorum amplexibus quidnⁱ adducta in medium debentur phæ-
nomena? id ecquidem nemini in dubium vocari posse existi-
mo. Verum, nondum oportet triumphum canere, restant enim
qua^epⁱiam majoris indaginis: An portioni dura, an chordæ tym-
pani virtus sonos percipiendi est ingenerata? si in ita, quibus
argumentis? an quaerenda portionis duræ cum molli in inti-
mis cerebri recessibus communicatio? an non portio dura, cum
chorda tympani motus potius, & vitalitatis instrumentum?
quaestione paria numero problemata, neminique mortalium
resoluta ad sublimiores nostri ævi Physiologos relego, hypo-
thesique meæ adstruendæ supercedeo, ne præmatura juvenilis
ingenii paginæ luxuriantis impetus crimen apud orbem
literatum fortiantur.



Ma 34.43.

ULB Halle
001 501 127



3

TA-DOL

KD 18

B.I.G.

Black

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

12

DISSERTATIO GURALIS MEDICA DE IBUS EXTERNIS, QUE INTER SE COMMERCIO,

QUAM
TE, ET CONSENSU ILLUSTRISSIMO.
ILLISTRUM, MAGNIFICORUM, SPE-
BILIMUM, CLARISSIMORUM
VIRORUM,

ILLISTRIS, AC MAGNIFICI DOMINI
ERSITATIS RECTORIS

ISSIMI, ILLISTRISIMI, AC AMPLISSIMI DOMINI
UNIVERSITATIS CANCELLARII
MI, MAGNIFICI, AC CLARISSIMI INCLYTAE
FACULTATIS MEDICAE

OMINI PRÆSIDIS,
IS, MAGNIFICI, AC CLARISSIMI INCLYTAE
FACULTATIS MEDICAE

MINI VICE - PRÆSIDIS,
TABILIS, AC CLARISSIMI INCLYTAE FACULTATIS MEDICAE
DOMINI DECANI,
CÆSAREÆ, REGLÆ, APOST. MAJEST.
LIARIORUM, AC ARCHIATRORUM,

NEC NON
IMORUM D. D. PROFESSORUM,
DOMINI SENIORIS, ATQUE TOTIUS AMPLISSIMI
MEDICORUM COLLEGII,
TORATUS, SUMMISQUE IN MEDICINA HONO-
RIVILEGIIS LEGITIME CONSEQUENDIS
IBILICE DISQUISITIONI COMMITTIT

CHAEL SHORETICS,
NGARUS SIGENDORFFENSIS.
LA MEDICI DOCTORATUS LAUREA
CANDIDATUS.

BITUR IN PALATIO UNIVERSITATIS
MENSIS

M. DCC. LXV.

Typis Josephi Kurtzbock, Universitatis Typographi.

Frank mis. 2